

UT NON REMANERET IN EO HALITUS (1). Quo tempore morbus iste lethalis filium viduæ invaserit, incertum est, sicut etiam incertum est quamdiu Elias apud illam diversatus fuerit.

« quidem suppeditabat omnibus egentibus; habebat autem ea semper plena benedictione, quæ data est viduæ Sarephthanæ, et immissa fuerat in hæc dolia. Ipse enim Dominus omnes opes effundit in omnes eos qui ipsum invocant; et sicut illius hydriam et guttam jussit scaturire, præbens manipulos seminum hospitalitatis, ita etiam huic viro admirabili exhibuit suppeditationem, quæ æquo respondebat ejus animi alacritati. »

Similia sæpè fecit S. Joannes Eleemosynarius archiepiscopus Alexandrinus, teste Leontio in ejus Vita, unde ejus axioma erat: *Quò plura erogo in pauperes, eò plura semper et majora à Deo recipio.* Unde S. Basil. Homil. de Eleemosynâ, eum comparat puteo, vel fonti, qui quò plus aquæ effundit, eò amplius aquæ ebullientis admittit et recipit. Vide S. Chrysost. Hom. cui titulus: *Quòd eleemosyna sit ars omnium questuosissima.*

Allegor. hydria farinae significabat panem Eucharistiæ, qui quotidie à fidelibus comeditur, nec tamen consumitur, aut deficit unquam. Ita Lanfrancus, Algerus et alii, scribentes contra Berengarium.

QUOD LOCUTUS FUERAT IN MANU ELIÆ. id est, per Eliam; manus enim est instrumentum instrumentorum, unde notat causam instrumentalem; talis enim respectu Dei fuit Elias. (Corn. à Lap.)

(1) Permisit, vel immisit huic morbum Deus puero, hoc fine, ut mortuus ab Eliâ suscitaretur, atque Eliæ fides et virtus apud Achab et Baalistas splenderet. Ita Eucher. et alii. Audi S. August. ad Simplicianum quæst. 5: « Non malefaciendi causâ mortificavit filium ejus, sed exhibendi miraculi ad gloriam nominis sui, quo tantum prophetam, et tunc viventibus, et posteris commendaret. Sicut dicit Dominus, non ad mortem mortuum fuisse Lazarum, sed ut glorificaretur Deus in Filio; et ideò consequentia probant, et ipsa etiam fiducia quæ credidit Elias, non ad hoc illud contigisse, ut acerbo luctu ejus hospita affligeretur, sed potiùs ad hoc factum esse, ut Deus magnificentius ostenderet viduæ, qualem Dei famulum suscepisset. » (Corn. à Lap.)

Le fils de cette veuve étant tombé malade d'une maladie si violente, qu'il semblait ne pouvoir plus respirer, elle dit à Elie: Qu'y a-t-il de commun entre vous et moi, homme de Dieu? Êtes-vous entré ici pour renouveler la mémoire de mes péchés? Cette femme, selon la pensée d'un savant auteur, Estius, s'imagina qu'elle était indigne de demeurer avec ce saint homme, et que Dieu avait peut-être puni ses péchés en tuant son fils; car, comme les choses saintes doivent être traitées saintement, on doit vivre aussi avec les grands serviteurs de Dieu d'une manière qui soit digne de leur sainteté. Elle pouvait craindre donc de n'avoir peut-être pas servi aussi saintement qu'elle le devait un si grand saint, et que Dieu ne la châtiât à cause de sa présence. Ainsi c'était non par un mou-

Hunc puerum Hebræi (ut refert Hieronymus in proemio Jonæ) dicunt esse prophetam Jonam, quem Dominus postea misit Niniven. Quod etiam quidam tenuerunt ex nostris: ita Epiphanius, et Dorotheus in Synopsi, Chronicon Alexandrinum, et Joannes episcopus Hierosolymitanus tom. 9 Biblioth. cap. 12, qui etiam ait excitatum puerum traditum esse à matre Eliæ, et illi semper ministrasse. Quæ de re nihil habemus certum. Vide quæ de patriâ et de genere diximus super Jonam prolegomeno primo in nostris Commentariis. Quòd si ille ex Israelitis fuit, ut nos diximus in eo prolegomeno, et ipse apertè fatetur, dùm cap. 1, v. 9, Hebræum se esse dicit, non video quomodò existimari debeat filium Sarephthanæ viduæ, cum illa fuerit ex Sidonio, id est, ex gentili populo. Neque tempus in quo prophetasse existimatur Jonas, aptè cum hæc cogitatione consentit. Dicitur enim *ὁ Ἰσραηλῆος* Oseeæ, Joel, Amos et Isaïæ. Vide quæ nos super Jonam prolegomenum 2, et quid hic Abulensis quæstione 31. Halitus idem est quod spiritus, seu anima; quare non remanere halitum in puero, idem est omninò, quòd esse mortuum.

VERS. 18. — INGRESSUS ES AD ME, UT REMEMORARENTUR INIQUITATES MEÆ, ET INTERFICERES FILIUM MEUM. Hanc viduam quidem licet genere, patriâque gentilem, religione tamen ac pietate Israelitidem esse putant, quia per Deum jurat Israel, non per patrios deos, quos colunt Sidonii. Sic enim proximè v. 12: *Vivit Dominus Deus tuus, quia non habeo panem*, et ea creditur esse causa, cur ad illam missus fuerit Elias, sustentaretque diù; alioqui perituram familiam, et extinctum filium revocârît ad vitam, et ancillæ sibi in medio nationis pravæ fidelis ac devotæ paupertatem singulari illo beneficio ac paternâ providentiâ solaretur. Ex eâ pietate ac fide noverat religiosa femina, quæ quis admisisset scelera, aliquando punienda fore; etsi Deus aliquandiu ultricem manum à vindictâ continet, non tamen in æternum impunitatem habitura. Peccasse se cogoverat Sarephthana vidua, ut ad illud usque tempus et adventum Eliæ dilatam putabat peccatorum vindictam; atque ideò benevolè atque modestè queritur, quòd ad ingressum Eliæ, extincto vement d'indignation, mais plutôt par un sentiment d'humilité, qu'elle parlait de la sorte, comme saint Pierre dit depuis à Jésus-Christ, dans la crainte qu'il ne lui arrivât aussi quelque châtement: *Retirez-vous de moi, parce que je suis un homme pécheur.* (Sacy.)

filio, pœnas suorum scelerum expenderit. Hic observa hoc esse in Scripturâ familiare, ut cum Deus hominum judicio aut non punit sceleratorum errata, aut justorum non ulciscitur injurias, aut non videtur esse misertus, dicatur peccatorum aut justorum immemor, seu oblitus. Cum autem peccatorum ulciscitur mores, et amarè vexat, et honorum tuetur causam, et à durâ vexatione vindicat, tunc recordari existimetur. Undè sæpiùs audimus: *Memento, recordare, esto memor, Domine, expergiscere, ne obliviscaris in finem*, et similia. Quod idem valet atque: *Ostende, Domine, puniendo peccatores, liberando atque fovendo justos, te neque horum, neque illorum deposuisse memoriam.* Juxta hæc bona ista femina ait Deum recordatum esse suarum iniquitatum, de illisque sublato filio pœnas exegisse. Hic Theodoretus observat hujus viduæ modestiam, quæ non queritur de prophetâ, quasi causa fuerit suæ solitudinis atque orbitatis, sed filii mortem suis tantum iniquitatibus adscribit.

VERS. 19. — TULITQUE EUM DE SINU EJUS, ET PORTAVIT IN COENACULUM, UBI IPSE MANEBAT: ET POSUIT SUPER LECTULUM SUUM (1). Ut est mollis et vehemens feminarum amor in liberos, non tantum vivos, sed etiam mortuos amplexantur, et quasi calore suo in vitam revocare possint, in sinu fovent et halitum inspirant suum, quasi cum illo mortuis vitam et spiritum inhalent. Quod se cum fratre Satyro fecisse dicit Ambrosius in oratione quâdam de illo: « Nihil, inquit, mihi profuit ultimos hausisse anhelitus, nihil flatus meos inspirasse morienti. » Ex hæc matrum quotidianâ, et quasi naturali consuetudine dixit Maro eclog. 5:

(1) *Elie ayant pris son fils entre ses bras, le porta dans sa chambre, le mit sur son lit, et cria ensuite au Seigneur: Mon Dieu, avez-vous aussi voulu affliger cette bonne veuve jusqu'à faire mourir son fils? Saint Augustin a considéré ce cri d'Elie vers le Seigneur, non pas comme un cri de plainte et de défiance, mais comme la voix d'un prophète qui était persuadé que Dieu avait résolu de faire éclater sa gloire dans l'affliction de cette veuve si charitable. Il ne croyait point, dit ce Père, que le Seigneur eût dessein d'affliger celle qui avait reçu avec tant de piété son prophète, surtout dans le temps où était encore présent avec elle celui à qui elle avait donné tout ce qu'elle avait de nourriture, quoiqu'elle fût elle-même dans une nécessité si pressante. Vox est non credentis quòd tam malè faceret Dominus cum eâ viduâ quæ tam piè prophetam susceperat, eo præsertim tempore quo ibi erat, cui protulerat illa totum victum suum tam exiguum in tam magnâ et summâ inopiâ. » (Sacy.)*

Cum complexa sui corpus miserabile nati, Atque deos, atque astra vocat crudelia mater.

Habebat, ut apparet, mater in sinu atque amplexu exanimatum filium, quia in illius ulnis fortassè decesserat, quod contingit præsertim in tenerâ ætate: neque enim filiorum pondus grave matribus est. Quare propheta optimè de se meritæ matris commiseratus, ab illius sinu filiolum distrahit, secumque in coenaculum, ubi ipse lectulum habebat, et familiare diversorium abduxit: quem in suo lectulo constituit, et se quamprimum in preces dedit, ut à Deo extincto puero spiritum, et lugenti atque propè exanimatæ matri solatium impetraret.

ET POSUIT SUPER LECTULUM SUUM. Multa hic Patres de modo quo filium viduæ excitavit Elias, in quo Christi Salvatoris spirantem meditantur imaginem; qui ut genus humanum excitaret ab eâ morte quam jam olim ab ipsâ mundi constitutione subierat, humanam assumpsit carnem, et homo factus seipsum ad hominis mensuram demisit. Hæc nota sunt; ego hic aliquid pro moribus observo non aptum esse locum maternum sinum, atque amplexum, ut exanimatus puer revocetur ad vitam. Quare ab eo complexu à prophetâ distrahitur, et ad illud traducitur cubile, ubi sollicitos somnos, et insomnes noctes ipse ducebat, et quod potiùs lacrymis jugiter manantibus, quàm suave aliquid halantibus unguentis irrorat. Moritur sanè puer in lectulo molli, quem instraverat, aut, quod fortassè verius, in materno sinu, inter delicias nimirum, quas maternus comparat affectus, et plus justo indulgentia profusior: excitatur autem in duro lectulo, quem non voluptatis blanda mollities, sed pœnitentiæ durus rigor instravit. Perimit sæpè matrum indulgentia liberos, quos confirmat et servat doctrina severior. Oppressit meretrix illa, de quâ supra, cap. 3, filium suum, quia dormiens etiam voluit habere in sinu suo. Est quidem humor terræ necessarius et cœlestis imber; at si illi immoderatum esse contingat, et nimium, pereat necesse est omnis terræ proventus, et terra reddatur uliginosa et sterilis. Moderatam indulgentiam teneræ adhuc proli commendamus, qualem exigit imbecillis ætas: nimiam tamen omninò prohibemus, quæ magis debilitat ac frangit, quàm confirmat ætatem. Sapienter igitur Elias è molli lecto, et è matris sinu puerum abduci et transfert ad durum. Quod consilium in spirituali suscitatione servandum, ut qui in

molliori vitæ genere mortem incurrit animæ, idem vitam à severiori vivendi ratione pœnitendo quærat. Neque enim vita eo in loco invenitur, ubi mors regnat, neque mors ibi superanda, ubi majores habet vires, et magis est ad omnem contentionem instructa.

VERS. 21. — ET EXPANDIT SE, ATQUE MENSUS EST SUPER PUERUM TRIBUS VICIBUS (1). Si historiam spectes, res est non obscura: si myste-

(1) Idem pariter ab Eliseo factum constat, cum vitæ igniculos excitare voluit in filio Sunamitidis hospite suæ; idem etiam Apostolus, cum puerum Eutychem, qui è superiore domus conclavi lapsus interierat, revocavit ad vitam. Denique idem narrat S. Gregorius de S. Benedicto, cum puerum in vivis restituit. Hæc autem ideò servasse viri sancti videntur, ut pararent quodammodò corpora ad recipendam, quam illis Deus destinaverat, vitam, communicato frigidis illis cadaveribus et sanguini calore ac motu, ne scilicet inertes prodigio Dei omnia relinquere viderentur. Rationem hanc innuere videtur Scriptura, animadvertens, nisu illo Elisei, quo sese cadaveri filii Sunamitidis coaptavit, factum fuisse ut caro pueri caleferet. (Calmet.)

Quæres: Cur id fecit Elias? — Allegoricam et præcipuam causam dat sanctus Prosper parte 2 Prædict. cap. 31, scilicet, ut Elias suo gestu repræsenteret mysterium Incarnationis, quo Dei Filius suam deitatem commensus est, et quasi coæquavit nostræ humanæ naturæ, quam assumpsit, ut per eam nos peccato mortuos vivificaret. Elias et post eum Eliseus, ait Prosper, ut mortuum parvulum suscitet, juvenilia membra contexit. Et Dominus Jesus seipsum exinanivit, formam servi accipiens; parvum se illi parvo coaptavit, ut efficeret istud corpus humilitatis nostræ forme corpori gloriæ suæ. Jacens subter se frigidum suo calore succendit; similiter et noster Salvator Dominus mundum, à cujus calore non est jam quise abscondat. Insufflavit ille tertio jacenti, ut trina confessio infunderetur credenti; sic suscitatus est mortuus, dum à morte perpetuâ justificatus est impius.)

Unde Chald. vertit: *Coarctavit se super puerum; Septuag. Insufflavit ter in puerum.* Sicut gallina incubat ovis, totamque se super ea expandit, et quasi commensurat, ut ea calefaciat et vivificet, sic et deitas Christi se expandit super totam humanitatem nostram, eique quasi seipsam admensa est et coæquavit, ut eam frigidam calefaceret, exanimem animaret, mortuam vivificaret; singula enim hominis membra omnesque animæ potentie per peccatum spiritaliter erant mortuæ, frigida, arida et exanimis; quare in singulas deitas incumbens, insufflavit in eas, et inhalavit spiritum gratiæ et vitæ spiritualis. Tertio autem Elias incubuit puero, eique seipsum coarctando admensus est, quia Christus tertio seipsum coarctavit, et commensus est humanæ naturæ, scilicet primò in utero; secundò, in præsepio; tertio, in cruce: itaque mortuum genus humanum vivificavit, eique spiritum charitatis, paupertatis et patientiæ inspiravit, et cum clamore valido ac lacrymis preces offerens

rium requiras. Illud est quod supra dicebamus. Nam in Eliâ ad exiguam pueri mensuram contracto imaginem intuemur Christi, qui factus homo eandem sibi cum homine voluit esse

exauditus est pro suâ reverentiâ. Ita Lyran., Angelom., Eucher., Salianus.

Audi S. August. serm. 201 de Temp.: Filius viduæ defunctus jacebat, quia filius Ecclesiæ, id est, populus gentium, multis peccatis et criminibus mortuus est. Orante Eliâ filius viduæ suscitatur; veniente Christo filius Ecclesiæ, id est, populus christianus, de carcere mortis reductur; Elias inclinatur in oratione, et vivificatur viduæ filius; et Christus procumbit in passione, et suscitatur populus christianus. Et post nonnulla: Nam quòd tribus vocibus inclinatur, mysterium Trinitatis ostenditur. Viduæ enim filium, id est, populum gentium, nec solus Pater sine Filio, nec Pater et Filius sine Spiritu sancto, sed tota Trinitas suscitavit. Denique hoc etiam in sacramento baptismatis demonstratur, dum tertio vice vetus homo mergitur, ut novus surgere mereatur. Hoc igitur est verbum abbreviatum, de quo Apostolus Rom. 9. 28: *Ut quod celo non capiatur, præsepio caperetur*, ait S. Cyprianus lib. 2 contra Judæos, c. 5, nimirum Verbum infans, puer sapiens, Deus lactens.

Tropologica causa fuit, ut ostenderet Elias virum zelosum et charitate flagrantem, qui convertere satagit animas vitis et concupiscentiis mortuas, debere per magnam compassionem, commiserationem, et zelum iis quasi se coæquare, et commeteri, ut eis frigidis et torpentibus spiritum vitæ inhalet; peccator enim est quasi cadaver mortuum et frigidum: quare ingenti et crebro concionatoris, confessorii et monitoris ardore opus est, ut calorem pœnitentiæ et devotionis ei aspiret, quo ad vitam gratiæ à Deo recipendam se disponat. Sic enim ignis frigidum lignum prius calefacit, ut deinde illud igniat, et gallina ova diu calefacit, ut animentur. Ita faciebat Paulus, dicens: *Factus sum infirmus infirmis, ut infirmos lucrificarem. Omnibus omnia factus sum, ut omnes facerem salvos*, 1 Corinth. 9. 22. Et: *Quis infirmatur, et ego non infirmor? Quis scandalizatur, et ego non uror?* 2 Corinth. 11. 29. Et: *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis.* Galat. 4. 19.

Anagogica causa fuit, ut significaret Christum in resurrectione commensuratum, et quasi coæquatum nos suæ gloriæ, et corpori glorioso, juxta illud: *Reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ*, Philip. 2. v. 21. (Corn. à Lap.)

Et il s'étendit sur l'enfant par trois fois, en se raccourcissant et se mesurant à son petit corps. Et il cria au Seigneur, et le Seigneur ayant exaucé la voix d'Élie, l'âme de l'enfant entra en lui, etc. Cette prière d'Élie, dit saint Augustin, par laquelle il demanda avec une si vive confiance et en si peu de paroles que le mort ressuscitât, montre assez dans quel sentiment il avait parlé auparavant, c'est-à-dire, qu'il n'avait douté en aucune sorte que Dieu ne voulût faire paraître sa toute-puissance dans cette mort. Quant à cette cir-

mensuram. Quod ad historiam pertinet, cum solus esset Elias cum defuncto puero in superiori cenaculo, oravit pro illius redivo statu oratione ferventi, quam iteravit tertio, donec tandem quod optabat consecutus est. Quomodo verò seipsum expanderit, seque fuerit super puerum mensus, obscurum est. Frequentes ita communiter statuunt, ut incubuerit Elias super puerum, et quoad ejus fieri poterat cum pueri membris membra componeret, ut os ori, oculis oculos, manus manibus, et singula, prout rerum natura patiebatur, singulis adaptaret. Quod alio consilio longè dissimili fecerunt barbari, et ferino planè ingenio tyranni, de quibus Clemens Alexandrinus in Protreptico, et Augustinus lib. 4 contra Pelagianos. Simili, inquit, nos affectos supplicio, atque eos qui quondam cum in prædonum Etruscorum manus incidissent, crudelitate exco-

constance si remarquable de la posture du prophète, qui voulant ressusciter l'enfant mort, s'étend par trois fois et se raccourcit sur son corps, on voit tout d'un coup qu'elle doit être mystérieuse et entendue en un sens plus relevé que celui qui se présente selon la lettre, puisqu'il est certain que ce raccourcissement d'Élie, et cette triple inclination, n'était point d'ailleurs absolument nécessaire à celui qui agissait par la toute-puissance de Dieu pour produire ce miracle.

Les Pères ont entendu ce raccourcissement d'Élie de l'anéantissement de Jésus-Christ dans son Incarnation et sa Passion. Nous avons fait voir, dit saint Augustin, que l'Église était figurée par cette veuve, et le peuple des gentils par le fils de cette veuve. Ainsi la mort corporelle de ce fils nous marquait la mort spirituelle des gentils, qui étaient plongés dans toutes sortes de crimes.)

Que si le profond abaissement du Fils de Dieu était nécessaire, comme parle l'Écriture, pour produire la résurrection des gentils, et si Jésus-Christ, en attachant le vieil homme sur sa croix, comme sur son lit, s'y est lui-même comme raccourci et mesuré d'une manière étonnante à la bassesse de notre nature, afin d'y faire renaitre l'homme nouveau, combien est-il encore plus nécessaire que ceux pour la résurrection desquels Dieu s'est si prodigieusement anéanti, participent autant qu'ils le peuvent à ses infinis abaissements, en se mesurant selon leur portée à l'humilité de celui qui s'est mesuré le premier à leur faiblesse, afin de se conserver dans la vie de grâce qu'ils ont reçue, et de vivre véritablement comme des personnes ressuscitées! Mais, comme, selon la remarque de saint Augustin, leur première résurrection a été l'effet de la vertu toute-puissante de la très-sainte Trinité, figurée par cette triple inclination d'Élie, ils doivent aussi être convaincus qu'ils ne pourront que par la même vertu se maintenir dans cette vie de résurrection et de grâce où ils ont été établis par le baptême. (Sacy.)

gitatâ necabantur, quorum corpora viva cum mortuis adversa adversis accommodata quàm aptissimè colligabantur. Quod de Mezentio cecinit Maro lib. 8 Æneid.:

Mortua quin etiam jungebat corpora vivis, Componens manibusque manus, atque oribus ora.

Hoc ipsum fecisse Eliam mihi magis cum communi sententiâ verisimile. Et snadet quòd hoc ipsum fecit dum alium puerum suscitare vellet Eliseus lib. 4, cap. 4, vers. 34, ad imitationem, ut opinor Eliæ, quem magistrum habuit et parentem. *Ascendit Eliseus, et incubuit super puerum, posuitque os suum super os ejus, et oculos suos super oculos ejus, et manus suas super manus ejus, et incurvavit se super eum, et calefacta est caro pueri.*

Hæc mihi potiora sunt. Sed quæres cur se Elias expandit ad orandum super puerum? Nam præter mysterium, quod in hoc Eliæ facto meditantur Patres, aliud videtur aliquid sumptum ex Hebræorum ritu, qui vario corporis habitu in preces incumbunt: modò enim manus in cœlum elevant, modò in genua procumbunt. Sicut orasse dicitur Salomon supra, cap. 8, vers. 54; et cap. 19, vers. 18. Multi dicuntur non curvasse genua ante Baal. De alio orandi modo, quo usus est Elias in Carmelo, cum à Domino pluviam exorare vellet, positâ inter genua facie dicemus suo loco. Alius fuit modus Hebræis usitatus, cum placare offensos aliorum animos student et ab illis impetrare quod maximè est in votis. Abjiciunt enim se ad infimas preces, et ita se sternunt humi supplices, ut apprimant terræ faciem suam, et pulverem lingant. Quare frequens est in pulverem cadere, ponere in pulvere os suum, adherere terræ ventrem. Hoc modo oravit Elias cum expandit se, neque quicquam in hoc orandi habitu tentavit inusitatum. Quòd autem incubuerit super puerum, et quantum potuerit ad ejus se mensuram collegerit, illa videtur esse causa, ut quò magis seipsum in angustum arctaret, humiliaretque, tantò magis divinam misericordiam inflecteret, quæ humiles benignis intuetur oculis, nec despicit cor contritum et humiliatum. Neque fortassè alia causa est cur homo de geniculis oret, et ille orantis habitus judicetur ad impetrandum aptissimus, nisi quia homo aliquid de corporis proceritate tollit, et tantò seipso brevior, et aliquo modo despicior est, quantum patet à genibus ad pedes usque magnitudo. Vel, ut incumbens super puerum, majorem significaret animi dolorem, ad matris similitudinem, quæ

mortuum amplectitur filium, et ab illo divelli non patitur, quæ eò majori commiseratione digna est, quò filium diligit ardentius, et illius mortem flet miserabilius. Deinde quia illa membrorum compositio amorem significat ingentem, quo toto cadavere videtur velle frui, qui vivus est, et totum se in exanimatum amici corpus infundere, ut illi det vires, spiritum et vitam, et quidquid demùm mors abstulit acerba. Sanè amicus, aut amatus pars esse dicitur amantis dimidia. Sic Horatius lib. 1. Ode 3, amicum animæ suæ dimidium appellavit. Quod idem quoque dixit Augustinus lib. 4 Confes. cap. 6.

Optat igitur qui amat dimidium illud sibi adjungere, atque ideò in illius lubens hæret amplexu, et ori mortui suum identidem inhalat spiritum, et anhelatam animam, si quomodò possit etiam cum animæ suæ dispendio ad vitam excitare: quomodò paulò supra dicebamus Ambrosium fecisse super fratre Satyro, qui suum illi inspirabat anhelitum. Hæc videtur esse causa cur propheta extincto puero se magis infuderit, ut magis juxta parentum consuetudinem, dolorem suum, et amorem vehementius exprimeret, et eo nomine magis Deum ad commiserationem inflecteret, et quo præsentate puero, sibi quodam modo colligato excitaretur ad orandum ardentius.

Dicitur porrò incubuisse super filium puerum, ut ostendatur in excitando puero plurimum laborasse prophetam; neque oratio videtur esse brevis, aut ignava, cum præsentem haberet exanimem puerum, qui dolorem acueret, et optimè de se meritam matrem, quæ studium inflammaret obtinendi voti. Quare iterùm, atque iterùm orat, neque remissè aut languidè, atque ideò clamasse dicitur ad Dominum, quod indicat ferventissimæ orationis non leve pondus. Iterùm atque iterùm incumbit, ut seipsum magis ad orandum atque clamandum incitet, neque cessat ab eo studio contentio, neque clamor, donec in maternum complexum refert redivivum filium.

In Eliâ ad animandi cadaveris negotium intento imaginem video sacerdotis, qui de peccatoris vitâ ac salute satagit: ut enim Elias amplectitur mortuum, neque exanimem horret, cum tamen id maximè horreat natura mortalium, sic etiam sacerdos, cui ad vitam datum est excitandi mortuos negotium, horrere non debet peccatorem, qui verè mortuus est, quantumcumque aspectu sit tetro atque horrido, quantumcumque sanie fluat et labo,

quantumcumque foeteat, licet scateat verminibus, et ut alter Lazarus quatruiduanus intolerabilem foetorem exhalet; illum tamen amplecti debet iterùm, ac sæpius, et super illum lugubre aliquid sonare, clamare vehementer, rugire constanter, omnem adhibere contentionem et machinam, ut à sanie vindicet, ad vitam referat, ut ex tumultu, in quo deformis tabidusque jacebat, effodiat. Quòd si luctor cum hostem aggreditur, illum etiam amplectitur, ut non foveat molliter, blandiatur amanter, sed ut certans athleticè de statu dejiciat; sic etiam sacerdos amplectatur necesse est rebellem lumini et gratiæ peccatorem, cum illo pugnet, neque tandem aliquid sibi otii et quietis assumat, donec illum à sinu divellat, in quo lethalem contraxerat morbum, et animam egerat infelicem; quod perinde est atque è sepulcro extrahere, et ad auram revocare vitalem, quam spirando ducat.

Sunt qui putant id Eliam agere voluisse, dum incubabat super puerum, ut carnem foveat, et à suo calore calefaceret, quò ad animandum illud corpus exsangue et frigidum disponeret, sicut calore sensim disponuntur ligna, ut ignem concipiant. Quidquid sit de Eliæ in hæc incubatione consilio, non laboro, quia fortassè ab hæc cogitatione longè aberat Elias. Verùm libro 4 Regum, cap. 4, vers. 34, ubi quàm simillimum huic accidit miraculum, antequàm puer revivisceret, illius caro dicitur calefacta, quasi eo modo foret ad excipiendam animam aptè disposita. In re tamen morali, ad excitandum peccatorem à morte maximè curare debet sacerdos, ut per frigidum culparum glaciè peccatoris pectus devotionis calore confoveat, et ad gratiam, quæ animarum nostrarum vita est, eâ ratione disponat, si modò velit aliquem ex sacramento Pœnitentiæ fructum capere. Quam in rem tribus vicibus, id est, iterùm, sæpius incumbendum est: aliter enim pœnitentia non vivificabit exanimem, si adsit idonea ad vitia dispositio: ignis enim, nisi calidum lignum non accendit; ita pœnitentia, nisi prius animus calorem à devotione conceperit, non evocat ad vitam. Incumbunt prius ovis aviculæ, et suo calore confovent, neque aliter vivunt et excluduntur pulli: sic etiam incumbat sacerdos necesse est, si modò quem expectat, videre studet spiritum salutis. (1)

(1) VERS. 22. — ET REVERSA EST ANIMA PUERI INTRA EUM. *Reversa*, scilicet è limbo. Hinc patet animæ hominis immortalitas. Hic puer est primus ab origine mundi à morte ad vitam sus-

CAPUT XVIII.

1. Post dies multos factum est verbum Domini ad Eliam, in anno tertio, dicens: Vade, et ostende te Achab, ut dem pluviam super faciem terræ.

2. Ivit ergo Elias, ut ostenderet se Achab. Erat autem fames vehemens in Samaria.

3. Vocavitque Achab Abdiam dispensatorem domus suæ. Abdias autem timebat Dominum valdè;

4. Nam cum interficeret Jezabel prophetas Domini, tulit ille centum prophetas, et abscondit eos quinquagenos et quinquagenos in speluncis, et pavit eos pane et aquâ.

5. Dixit ergo Achab ad Abdiam: Vade in terram ad universos fontes aquarum et in cunctas valles, si fortè possimus invenire herbam, et salvare equos et mulos, et non penitus jumenta intereant.

6. Diviseruntque sibi regiones ut circumirent eas; Achab ibat per viam unam, et Abdias per viam alteram seorsum.

7. Cumque esset Abdias in viâ, Elias occurrit ei; qui cum cognovisset eum, cecidit super faciem suam, et ait: Num tu es, domine mi Elias?

8. Cui ille respondit: Ego. Vade, et dic domino tuo: Adest Elias.

9. Et ille: Quid peccavi, inquit, quoniam tradis me servum tuum in manu Achab ut interficiat me?

10. Vivit Dominus Deus tuus! quia non est gens aut regnum quò non miserit dominus meus te requirens; et, respondentibus cunctis: Non est hic, adjuravit regna singula et gentes, eò quòd minimè reperireris.

11. Et nunc tu dicis mihi: Vade, et dic domino tuo: Adest Elias.

12. Cumque recessero à te, Spiritus Domini asportabit te in locum quem ego ignoro; et ingressus nuntiabo Achab, et, non inveniens te, interficiet me: servus

citatus; nec enim alium eo priorem suscitatum legimus. Ita Cajetan. Denique cenaculum, sive locus in quo Elias hunc puerum à morte suscitavit, etiamnum ostenditur, ait Adrichom. in Sarephthâ. (Corn. à Lap.)

CHAPITRE XVIII.

1. Long-temps après, le Seigneur adressa sa parole à Elie, en la troisième année, disant: Allez, présentez-vous devant Achab, afin que je fasse tomber la pluie sur la terre d'une manière qui l'assure que c'est moi qui la donne et la retiens.

2. Elie s'en alla donc pour se présenter devant Achab. Cependant la famine était extrême dans Samarie.

3. Et Achab fit venir Abdias, intendant de sa maison. C'était un homme qui craignait fort le Seigneur;

4. Car, lorsque Jézabel tuait les prophètes du Seigneur, il en prit cent, qu'il cacha dans des cavernes, cinquante dans l'une, et cinquante dans l'autre, et il les nourrit de pain et d'eau.

5. Achab dit donc à Abdias: Allez par le pays à toutes les fontaines et à toutes les vallées, pour voir si nous pourrions trouver de l'herbe, afin de sauver les chevaux et les mulets, et que toutes les bêtes ne meurent pas.

6. Ils partagèrent donc le pays entre eux pour aller chercher de tous côtés: Achab allait par un chemin, et Abdias allait séparément par un autre.

7. Et lorsque Abdias était en chemin, Elie vint au-devant de lui. Abdias, l'ayant reconnu, se prosterna le visage contre terre, et lui dit: Est-ce vous, Elie, mon seigneur?

8. Il lui répondit: C'est moi. Allez, et dites à votre maître: Voici Elie.

9. Quel péché ai-je commis, dit Abdias, pour que vous me livriez, moi, votre serviteur, entre les mains d'Achab, afin qu'il me fasse mourir?

10. Vive le Seigneur, votre Dieu! il n'y a point de nation ni de royaume où mon seigneur n'ait envoyé vous chercher; et, tous lui disant que vous n'y étiez pas, et voyant qu'on ne vous trouvait point, il a conjuré les rois et les peuples de lui découvrir où vous étiez.

11. Et maintenant vous me dites: Allez, et dites à votre maître: Voici Elie.

12. Et après que je vous aurai quitté, l'Esprit du Seigneur vous transportera en quelque lieu qui me sera inconnu, et quand j'aurai averti Achab de votre arrivée, si après cela il ne vous trouve point, il me fera mourir; cependant votre serviteur ne mérite pas que vous